

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - V, 21 : De Feronia](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 21 : De Feronia

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 21 : De Feronia](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 22 : De Feronie](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 21 : De Feronie](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 167r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Féronie](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 25/01/2021 Dernière

modification le 28/04/2023

Feronia Dea habita neque quibus parentibus orta sit, neque ubi, aut à quibus educata, cognoscere omnino potui; quam tamen Deam nemoribus præfectam fuisse constat, ut testatur Vig. lib. 6.

et viridi gaudens Feronia luto.

Celeberrimum fuit huiusce Dex fanum in vrbe Soracte, ut ait Strabo libro 5. ubi eximia religione colebatur. Ibidem rem miram contingere solitam narrant, ut qui eius Dex numine afflarentur nudis pedibus super prunas & profundum cinerem fauillis permittis ambularent illæsi: ad quod spectaculum magna multitudo quotannis adueniebat. Verum nihil aliud Feroniam, quàm diuinam vim arboribus diuinitus insitam, quæ illas & seruaret, & pululare faceret, ego esse crediderim, qua & vigent & florent, & fructus ad maturitatem perducunt. Nam cum viderent antiqui nihil sine diuina prouidentia posse consistere, neque tamen diuinæ mentis cognitionem haberent, vires inde profectas in naturalibus corporibus insitas pro Diis coluerunt. Horum simplicitatem & inscitiam fallere omnium sanè fuit facillimum: quare malorum demonum multæ ortæ sunt fallaciæ, quæ illos implicarunt: quippe cum inscitix & imprudentix semper calamitates & errores sint comites.

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER SEXTVS.

Quòd a quo animo ferendum est siquid à Deo impetrare non possumus.



Vix multis difficultatibus vita mortalium vndique sit circumueuta, nullaquæ ex parte miseris catere soleat, Christianissime Rex optimum factu duxerunt antiqui, ut cum suauitate orationis, rerumquæ propositarum mirabilitate ad prudentiam, & ad tranquillitatem: animorum homines allicerentur. Nam quibus rationibus aliquis sibi vnquam persuaserit inutile esse, vel etiam pernitiosum, quod à Diis immortalibus per vòta cù summa animi contentione sapius expetuerit, nisi prius consliterit alios etiam homines res sibi, suisue carissimis calamitosas aliquando à Diis ipsis vix tandem impetrasse? Quo enim animo fuisse Theseus putandus est, cum cognouisset filii crudelissimè laniati innocentiam? aut quæ Deorum iræ tantum obesse Semele potuisset, quantum Iouis facilitas, cum ad illam rogatus, quo habitu ad immortalem Innonem solebat, cum fulmine accessisset? Quæ rursus maleuolentissimorum vis hominum, vel quæ improborum inuidia tam

cru-